Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-432705-p0001-9
DFG

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-432705-p0002-4

Sub Auſpiciis ſummi Numinis

*DISSERTATIONUM MEDICARUM*

DE

# CONNUBIO ASTRÆÆ CUM APOLLINE,

CIRCA MEDICINAM FORENSEM

*TERTIA.*

De

# VULNERIBUS LETHALIBUS, IN SPECIE, Von Tödtlichen Wunden.

*Quam*

*AMPLISSIMÆ FACULTATIS MEDICÆ CONSENSU,*

IN ACADEMIA PATRIA

Publico Eruditorum Examini ſubmittunt

*PRÆSES*

**GEORGIUS EMMERICH,**

Med. Doct. & Prof. Ord. Sec. Pro-Conſul. it. Lœbnic.

*ac RESPONDENS*

**CHRISTIANUS LUDOVICUS CHARISIUS,**

Reg. Boruſſ. Medic. Studioſus.

IN AUDITORIO MAXIMO,

*Die Auguſt. Anni MDCCXV.*

*REGIOMONTI*, Typis REUSNERIANIS.

8

1715, 2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-432705-p0003-0

ILLUSTRISSIMO, GENEROSISSIMO ATQUE
EXCELLENTISSIMO DOMINO,

# DN. MARQUARDO LUDOVICO
# L. B. à PRINTZEN,

## SACRÆ REG. MAJEST. IN BORUSSIA,

Miniſtro Status Intimo, Supremo Aulæ Mareſchallo, Boruſſici Aquilæ Nigræ Ordinis Equiti, Berolinenſis Regiæ Præfecto, Conſiſtorii Præſidi, Rerum Feudalium, Eccleſiaſticarum & Illuſtris Gymnaſii Joachimici Directori, Societatis Scientiarum Regiæ Protectori, Magdeburgenſis Baſilicæ Canonico, Ruppinenſium & Bellinenſium Diſtrictuum Præfecto, Moſcovitici St. Andreæ Ordinis Equiti, Hæreditario Domino in Caro, &c. &c.

*Maximo Muſarum Protectori, ac Domino ſuo Clementi.*

Nec non

PER-ILLUSTRI, GENEROSISSIMO ATQUE
EXCELLENTISSIMO DOMINO,

# DN. THEOD. CHRISTOPHORO
# KRUG de NIDDA,

## SACRÆ REG. MAJEST. IN BORUSSIA,

Conſiliario Intimo, pariter & Ærarii, Redituumq; Regiorum Graviſſimo, Fodinarum Metallicarum Directori ſupremo, ac Archiatro Primario, Illuſtris Collegii Medici Berolinenſis Decano &c.

*Literarum Patrono ſummo, & Mæcenati ſuo gratioſiſſimo,*

Diſſertationem hancce in perpetuum humillimæ ſubmiſſionis monumentum, ſui ſtudiorumq; ſuorum levidenſium qualemcunque commendationem, ac Clientelæ Patrociniiq; gratioſiſſimi incitamentum, cum voto conſummatiſſimæ felicitatis ac perennantis proſperitatis,

*devotiſſimo animo conſecrat ſervus obſequioſiſſimus*

CHRISTIANUS LUDOVICUS CHARISIUS.

# De Vulneribus Lethalibus in ſpecie & quidem

## I. *De Vulneribus Capitis lethalibus.*

§. I.

CUm in Diſſertatione antecedenti de vulnere lethali in genere locuti ſimus, jam in ſpecie vulnera partium corporis humani conſiderabimus, brevemque eorum delineationem, impr. ex clariſſ. Bohnio de Renunc. Vulnerum, & ex celeberr. Valentini Pandectis Med. Legal. dabimus, utpote quos optimos Anteſignanos hac in parte veneramur & quidem omnium primò Capitis, dein Pectoris, poſteà Abdominis, tandem artuum & vaſorum ſangviferorum aliorumq; vulnera inſpiciemus. De capitis quidem læſionibus omnibus dicendum, quod naturâ ſuâ non ſint tutæ, ſec. fidele *Fidelis l. 4. ſect. 2. c. 6. p. 555.* monitum, hinc leviuſculæ non habendæ ſec. *Hippocr. in proœm. libr. de vulner. Capit.* cùm à frigidiuſculo aliove ipſis adverſante incongruô aëre mox alterari & in pejus conjici poſſint; ſæpius tamen obſervatur, quod graviſſimæ capitis contuſiones, feliciter curatæ fuerint, quales miras curationes DEI potiſſimum gratia Valleriola *l. 4. Obſ. 10. l. 5. Obſ. 9. l. 6. Obſ. 4.* Hildanus *Cent. 4. obſ. 1. 2. 3. 4.* recenſet, item Paræus *Oper. l. 9. c. 9.* deſperatorum quorundam caſuum ac hiſtoriarum felicem eventum enarrat, ac concludit: Multos ab exiguis vulneribus mortem oppetere, alios, ex ingentibus & penitus magnis deſperatisqve convaleſcere. Conf. Diemerbrœck Anat. *l. 3. c. 5. p. 507.* Sennertus, Ammannus in Medic. Crit. Hippocr. Epidem. lib. 7. XXXVIII. num. 7. Leviores autem nonnullarum partium læſiones, ut flebilis ad hæc usq; tempora experientia dedit, pernitioſæ exſtiterunt Vid. Hippocrat. *L 7. Epid. XXIII 6 XIX.* Hildanus *Cent. 1. obſ. 21. 19. Cent. 5. obſ 2.* Foreſtus *l. 6. obſ. med. 49. 50.* Sic Dolæus Encyclop. Chirurg. *l. 6. c. 5. p. m. 1435.* refert, quod quis duorum digitorum ungvibus comprehenderit mammæ cujusdam fœminæ partem & fortiter compreſſerit, â qua preſſione tumor urgens exortus & tandem exulceratus eſt cum metu ne cancer ipſam corripiat;

Sic de Balneatore quodam Idem narrat, qui venam ſecaturus nervum tetigit, undè atrociſſima ſymptomata, gangræna, ſphacelus & ipſa mors ſubſecuta eſt. Sic vulnus acufactum lethale in Ephem. germ. anno 3. obſ. 319. Sic alapa lethum attulit. Vid. Novellas Clar. Valentini p. 832. Cautè itaqve tam in curatione vulnerum procedendum eſt, quam in Renunciatione Virum prudentem ſe præſtare Medicum oportet. Sed ad rem cum DEO.

## §. II.

## Quæſt. I. Quænam Capitis vulnera perſe lethalia exiſtunt?

Reſp. Quæ Cerebrum valide commovent, aut profundè in Cerebri interiora penetrant, aut Sangvini Circulanti vel Spiritibus viam intercipiunt, aut Medici vel Chirurgi opem prorſus excludunt, illa vulnera Cerebri ſunt per ſe, interdum abſolutè lethalia appellanda. *Hinc* 1. *Magna Cerebri Commotio*, Concuſſio, Conquaſſatio ac tubulorum ejus Contorſio ac Complicatio eſt per ſe lethalis. Oculorum acies equidem eandem non diſcernit, eô curatiùs mentis acumine indaganda tremorifica ejusmodi cerebri vibratio, hæc enim ſi contingit, Primus artis noſtræ Parens *Coas 7. aph. 58. III. Coäcar. Prænot. 370. & 1. de Morb. III 34.* Item ex Primo Primus, *Pergamenus* ſcil. in Hippocr. Aphor. *ſect. 7. aphor. 58. p. m. 40.* dicit; *quod ægri obmuteſcant, ſine ſenſu & motu concidant, imò nec apertis oculis videant, & ferè ſeu utpl. moriantur.* Rumpuntur autem plerumqve ſub ejusmodi concuſſione vaſa interiora ſangviflua cerebri, & tunc non mirum eſt, quod ex cruore extravaſato nimiô, imò putrefacto, circulus ejus turbetur, Spiritibus libera via præcludatur, ac maligna diatheſis illis imprimatur, ſicque tetra ſymptomata imò mors ſubſequatur; interdum tamen absque ruptis vaſis, à ſolâ dislocatione quaſi ac ſitu partium cerebri mutatô funeſta illa dramata inſeqvuntur. Quâ ratione hæc contingant eleganter expoſita *vid. in Bohnii tr. de Renunc. p. 235. & ſeq.* Inprimis *pag. 246. & 251.* docet, quod aliquando illa commotio cerebri cum lymphæ ſ. ſeri extravaſatione ad interiora contingat & hinc eò magis lethalis concuſſio illa evadat.

§. III.

II. *Contrafiſſura Cranii eſt per ſe lethalis.* Vocatur aliàs Reſonitus, ſ. Infortunium, quiâ hoc affecti infortunium habent, quod ipſi neſciant, quô locô ſint læſi, nec Medicus aut Chirurgus eos certiores poteſt reddere, niſi jam res deſperata ſit. Deſcribit autem Contrafiſſuram Cous noſter de vulner. capit. IX. hôc modô: *Si os vulneratur aliô capitis locô*, quam *quo ulcus habet homo; quod infortunium ubi accidit, nullâ re juvare valebis, non enim ſcire potes, ubinam malum hæreat, imò num æger vulneratus ſit, aut quânam capitis parte; etiamſi maximè quæras, haud certior fies.* Proferunt equidem nonnulli ſigna quædam ejusmodi lethalitatis, ſcil. quod locus mollior ſit & tumeat in adverſâ parte, Vid. Celſum *lib. 8. c. 4 p. m. 516.* vel quod æger manum admoveat parti ſauciatæ, vid. Paræus *l. 9. cap. 8. p. 280.* Infida tamen eſſe iſta ſigna & inſufficientia, experientia teſtatur, nam ſæpius lamina interna cranii finditur, illæſâ externa, & hinc externè etiam nihil reperiri poteſt. Putant autem nonnulli, Reſonitum ſaltem in parte oppoſitâ ipſius percuſſionis fieri, ſed experientia teſte ſæpius ille & in eâdem vel vicinâ parte contingit, *vid. Paræus lib. 9. c. 8. p. 280. Scultet. obſ. 14. Hinc Bohnius de Renunciat. p. 195. ait: Non in parte percuſſioni ſemper oppoſitâ ſed in vicinâ quoqve, aliquando contrafiſſura fit, imò in eâdem, non laminâ externâ ſed internâ fiſſâ:* probat hoc etiam certo quòdam caſu ibidem, quod idem facit Borellus *obſ. Cent. 2 obſ. 20. p. m. 125.* Infert autem mortem Contrafiſſura vel ſangvuine extravaſato ex ruptis vaſis, quæ etiam aliquando rupta conſpiciuntur, & ſangvinem largè fundunt, integrô planè craniô, vel fragmentis internè à craniô divulſis, quæ aculeis ſuis ac mole membranis & cerebro perniciem pariunt, & tamen nec explorare ritè, nec eximere feſtucas poſſumus.

§. IV.

III. *Fracturæ inſignes* cranii cum fragmentis, membranis cerebri aut ipſi cerebro infixis, vel cum magnâ depreſſione ac laceratione cerebri vel cum largâ effuſione ſangvinis, ſunt per ſe lethales, ſi medela eis adhiberi nequit, i. e. ſi ſangvis extravaſatus ex illô locô educi vel feſtucæ eximi nequeant. Hæc multis caſibus, plerisqve ex Ammanni Prax. Vuln. leth. deſumptis *in Valentini Pand. Med.*

 *lega-*

*legalibus Part. 2. ſect. 2. caſ. 24. 25. 26. ad 31.* reperibilibus demonſtrari poſſunt. IV. *Fiſſuræ* i. e. fracturæ minores, ſi capillares fuerint & cœcæ, i. e. adeò parvæ, ut oculis vix ſubjici qveant, hinc indagari, omni operâ adhibitâ non poſſint, lethales per ſe veniunt renunciandæ; cum malum non ſit evidens & Medicina hinc adhiberi neqveat, præſertim ſi in ſuturarum aliquam inciderint fiſſuræ hæ & ſic oculum fallant, *ſec. Hippocr. de vuln. capit. XVI.* Fallunt mentem & viſum Medici hæ ſuturæ, fiſſuræ ſpeciem referentes & reliquô oſſe aſperiores exiſtentes, niſi vehementer diſſectæ fuerint ac diſſolutæ. Modum fracturas & fiſſuras latentes mediante Cataplaſmate detegendi vid. *in Borell. obſ. Cent. 2. obſ. 20. p. 124.*

§. V.

V. Vaſorum ſangviferorum in cerebro ruptiones ac dilacerationes impr. plexus choroidei, ut & ſinuum duræ matris vulnerationes inſignem hæmorrhagiam inducentes, ſunt per ſe lethales, vid. *Pandect. Valentin. part 2. ſect. 2. caſ. 12. & 13.* Aut enim ſanguis ille extravaſatus in enormi copia pondere ſuô deprimit cerebrum, ac ſæpius apoplexiam concitat, aut corrumpitur ac putreſcit, & hinc ſphaceloſum reddens cerebrum, convulſiones ac deliria parit, & niſi tempeſtivè ac commodè educitur, mortis proxima cauſa dici meretur. Præſertim ſangvis in ſubſtantia cerebri, ejus plicis ac ventriculis, vel circà cerebellum ac medullam oblongatam collectus, cum ad interiora hæc cerebri rejectus nullo inſtrumento, nullâ arte educi queat, ut immediata mortis cauſa, lethalitatem per ſe parit. Cum autem multi objiciant, quod mediante Trepano ſangvis educi potuiſſet, hoc autem neglecto vulnus ex inſigni hæmorrhagiâ per accidens lethale ob neglectam ſcil. curam ſit cenſendum, optimus in hoc cauſarum genere interpres exiſtit *Bohnius l. c p. 206. & ſeqq.* quatuor modos inutilis applicationis Trepani proponens 1. ſi ſymptomatum gravitas & mortis celeritas obſtet, 2. ſi extravaſationis ſangvinis ſigna ſufficientia deficiant, 3. ſi infra vel intra cerebri plicas ac concamerationes, vel intra cerebrum ac cerebellum, vel ſub durâ matre ſuprà piam hæreat & mox defluat. 4. Si ſangvis duræ matri, licet immediatè ſub calvariâ tenacius agglutinetur. Ut mentio jam non fiat loci incongrui

in cerebro, cui Trepanum commodè applicari nequit, e.g. anteriori cranii parti quæ ſuperciliis propinqvior, vel poſteriori, ubi nervorum patria id prohibet.

§. VI.

VI. *Cerebri, inprimis Cerebelli ſubſtantiam penetrantia magna ac profunda vulnera*, cùm non niſi cum magnâ vaſorum ſangviferorum dilaceratione ac nervulorum præciſione contingere queant, & ſæpiſſimè commotionem ſui nimiam comitem habeant, lethalitatem per ſe cauſantur. *Interdum & Exilitas vel parvitas*, *inprimis Profunditas vulneris*, quæ in cauſa ſunt, ut ſangvis extravaſatus in apricum prodire non poſſit, efficiunt, ut mortaliter vulneratus ſit dicendus interfectus. Quæ hic objici poſſent de curationibus cerebri prodigioſis, ubi ad Os baſilare usque quidam fuerint vulnerati, hæ certè, ad miracula, & ſingularia DEI opera erunt referenda, non ad regulam ordinariam artis.

§. VII.

Ex priori paragrapho inter alia ſequitur, ſi vulnera Cerebri tanta fuerint, ut partes ejus maximè internas tetigerint, inprimis *ex quibus ſurculi nervei prodeunt*, *& quæ nervorum patriam ac Spirituum officinam conſtituunt*, lethalitas abſoluta læſionibus ejusmodi aſſcribenda veniat; *hinc corporis calloſi*, *fornicis*, *corporum ſtriatorum*, *Medullæ oblongatæ*, *Cerebelli vulnerationes* per ſe ſunt lethales.

§. VIII.

VII. *Medullæ ſpinali ut Cerebro prolongato ac continuato inflictum Vulnus* lethalitatem per ſe talem infert, cùm Spirituum habitacula nervi admodum ibidem diruantur, præſertim ſi vulnus ſit factum circa originem ſpinalis Medullæ; quamobrem venatores ad cervos jugulandos norunt den Genick-Fang; imò Boves facillimè necari poſſunt, ſi commiſſuræ cervicis, & quidem illius articuli, qui caput & collum committit, tenue ferrum immittatur, Sennertus Prax. L.V. Part. IV. cap. 3. p. 864. ſicque opima eorum corpora exiguô concidere poſſunt vulnere. *In collum ſi altè à poſteriori penetra-*

 *verit*

*verit vulnus*, ut vertebræ ejus vel diſlocentur, vel comminuantur, hinc nervi quoque lædantur, vel ab anteriori arteriæ Carotides vel Venæ jugulares incidantur, aut planè Oeſophagus vel arteria aſpera diſſecetur, per ſe lethales evadunt vulnerationes *vid. Valent. Pand. part. 2. ſect. 2. caſ. 39. 40. 41. p. m. 347. & ſeqv.* In extremitate tamen ſpinalis Medullæ circà os ſacrum tanta, experientiâ teſte, non obſervatur lethalitas. Referendi hûc erunt nervi ex Cerebro, Cerebello & ſpinali medulla prodeuntes, quorum propagines majores læſæ ob cerebri conſenſum in lethales convulſiones conjiciunt ſauciatos, dum nulla illis medela fieri, nec conſui, nec ſanari aut coadunari poſſunt, hinc ſymptomata ex diſciſſis eis vel alio modo inſigniter læſis nullâ arte aut conſilio compeſci poterunt: e. g. inter coſtalium, paris vagi, phrenicorum nervorum læſiones organa vitalia, cor ac inſtrumenta pnevmatica activitate ſuâ privant & actiones vitales inhibent, ſicque lethalitatem per ſe cauſantur.

§. IX.

Hæc modò dicta Caſui noſtro pag. 33. recenſito ſi applicentur, lethalitatem abſolutam eidem denegabunt; *non enim tanta cerebri commotio aut concuſſio ex plagis fuit facta, ut percuſſus confeſtim obmutuerit, ſenſu ac motu privatus conciderit, moxqve demortuus fuerit*, quamvis enim in terram proſtratus, ſine motu ac ſenſu ferè in adjacentem domum deportatus fuerit, recuperavit tamen mox loquelam, ac integre abſque imminutione judicii eſt locutus; Dein neque Contrafiſſura Cranii eſt reperta, neque fracturæ, fragmenta aut fiſſuræ tantæ fuerunt in cranio conſpicuæ, ut medela iisdem adhiberi nequiverit; Vaſorum ſangviferorum ruptiones equidem, ac ſanguinis extravaſaionem tantam, ut notabiliter depreſſerit cerebrum, adfuiſſe diximus, hinc ſummè periculoſas vulnerationes iſtas, nominavimus, Iis tamen obvenire ac medelam præſtare Chirurgus potuiſſet, ſi ipſe Æger permiſiſſet. Cerebelli inſuper ac cerebri prolongati ſubſtantiæ intactæ ac illæſæ ſunt deprehenſæ. Quamobrem rectè de caſu noſtro ſuperius Diſputationis primæ pag. 33. judicavimus, quod ſumme periculoſa quidem contuſio illa fuerit, non tamen per ſe ac ſimpliciter lethalis, quam ſententiam Ampliſſima Facultas Medica Regiomont: etiam confirmavit. Vide Reſponſum Ejusdem in fine hujus diſſertationis ſub ſigno ☧.

§. X.

## §. X.

### Quæſtio II. Quænam Capitis vulnera per ſe lethalia non exiſtunt?

Reſp. Superficialia & in Cortice quaſi hærentia capitis vulnera, quibus medela parari & quo manus chirurgi devenire poteſt, pro lethalibus non ſunt habenda, cum ſæpius curata illa fuiſſe multijuga atteſtetur experientia. Quamobrem ſi exteriora integumenta capitis, ut Cutis vel muſculi cuti ſubſtrati lædantur, læſio non per ſe lethalis exinde oritur, hinc Facultas Giſſena ap. Valent. *Pand. Med. Leg. part. 2. ſect. 2. caſ. 1. p. 143.* reſpondit: *Internis capitis partibus planè illæſis, vulnus capitis, etſi ſatis longum, tamen non niſi cutem dividens mortem per ſe non infert,* quemadmodum ejusmodi vulnera ſæpiſſimè inflicta & facilè rurſus conſolidata fuerunt. De Muſculô tamen Temporum Crotaphite dictô erroneam ex Hippocrate ſententiam quidam hauriunt, præſ. noſtrates Chirurgi, ejus diſſectionem grandiorem lethalem exiſtere ſibi perſvadentes, cum arteriâ & venâ quodammodô inſigniori gaudeat; ſed, cum pars ſit, quæ oculis patet, hinc medela eidem etiam fieri, & hæmorrhagia, quam metuunt, compeſcis poteſt, Imò ejus conſolidationem non ſolùm *Scultetus Armam. Chir. obſ. 3. p. 105. Bohn. l. c. p 178.* adſtruunt: ſed & in caſu neceſſitatis manu chirurgicâ ſectionem ejus inter alios *Borellus Cent. 2. obſ. 20. p. 124.* probat hiſce: *Fiſſura magna in medio Crotaphitæ muſculi apparuit, in quo D. le Juif contra tamen Doctrinam Authorum, ſectionem inſtituit nulla fibrarum ratione habita, quod ſæpius ſe illud feliciter feciſſe aſſeveravit. &c.* Cattierius itidem inciſionem temporalis muſculi cum Euphoriâ factam *obſ. 9. p. 39.* obſervat. Quamobrem Temporalis muſculi læſio non per ſe lethalis cenſenda.

## §. XI.

*Fracturas Cranii ejusque vulnera in ſe ſpectata* non eſſe ſimpliciter lethalia, ſive cœſim ſive punctim ſive contundendo, licet etiam cum ſangvine extravaſato ſub cranio, vel inter utramque Meningem fiant, Reſponſis Facultatum *Valentinus l. cit. caſ. 2 3. 4. 5. 6 probat,* additur ratio, quia ſangvis per trepanationem, inciſionem, Venæ ſectionem, aliaque chirurgica Remedia commodè educi poteſt; *Bohn:*

etiam

etiam *l. c. p. 181* Calvariæ fracturas haud per ſe lethales arguit. Niſi forſan aut Contrafiſſura aut Cœca & non perceptibilis rima in craniô lædens interiora adſit, vel ipſe ſangvis, qui educi debet, tenaciſſimè membranis vel interiori cranii parti adhæreat. *Cranium etiam depreſſum* cum per vectes & elevatoria attolli ac reſtitui poſſit, licet etiam in fragmenta & feſtucas fuerit comminutum, cum feſtucæ illæ aliaque heterogenea vulneri adhuc inhærentia forcipibus aliisque inſtrumentis eximi ac removeri poſſint, lethalitatem abſolutam aut per ſe talem non infert, *ut caſ. 7. & 8. apud Valent. l. c. p. m. 168. & 178.* demonſtrant, idem cenſente *Bohnio l. c. p. 189.* Niſi forſan educi planè non poſſint heterogenea aut enormius lædant interiora, quod ex ſymptomatibus patet. Ipſe Plinius H. N. *lib. 11. c 37 p. 169.* capitis oſſa perfracta non poſſunt ſolidari, ſed modicè exempta non ſunt lethalia, ait.

§. XII.

*Duræ ac piæ Matris Vulnerationes vel Dilacerationes* niſi ſinus duræ Matris aut Proceſſus falciformis unà perforati fuerint, aut in piâ matre contraruptura inſignis orta, quæ ſecundùm Reſponſum Lipſienſium *ſub caſ. 14. Valent. p. m. 233.* lethalis exiſtit, per ſe lethales non judicantur *ſec. caſ. 9. 10. & 11. Valentini, confer. etiam Bòhn. l. c. p. 198.* licèt Plinius *lib. 11. c. 37.* Mortiferum eſſe, ſi alterutra membranarum cerebrum involventium rumpatur; cum Chirurgi periti duram matrem integram incidere ac aperire non vereantur, ſi ſangvinem vel ſaniem educere volunt.

§. XIII.

Cerebri ſubſtantiam quæ penetrant vulnera, ſi corticalem ſaltem tetigerint, per accidens, ſi medullarem diſſecaverint, per ſe lethalia habentur à plurimis, ſed ut taceam, ipſam ſubſtantiam medullarem ſæpius fuiſſe læſam, imò effluxiſſe eandem, & tamen vulnus feliciter fuiſſe curatum, læſumque inter vivos permanſiſſe, dummodo manus ſatis perita acceſſerit, hinc licèt medullaris ſubſtantia diſſecta fuerit, cum aliquali etiam deperditione ejus, dummodo ex ſymptomatum vehementiorum abſentiâ dignoſcatur, nec validam concuſſionem ſeu commotionem cerebri, nec functiones vitales ac animales interceptas aut validè læſas eſſe, non ſtatim pro per ſe, ſed

per

per accidens lethalibus, quibus Medicina & auxiliaris manus adhiberi poteſt, vulnerationes iſtæ ſunt habendæ. Excell. hinc Valentini eodem fere modô mentem ſuam exponit *in Pandect. Med. Leg. Parte Alterâ ſect. 2. p. 135. & 136. his verbis : Vulnera, quæ non adcò profundè in medullam penetrant, ut in Caſ. 18. & 19. per accidens: Quæ verò altius & in ventriculos uſq; deſinunt, ſimpliciter lethalia eſſe pronunciant. Verùm & hæc ita ſimpliciter aſſeri non poſſunt, cùm haud pauca præjudicia proſtent, in quibus vulnera cerebri ſatis profunda, & in ventriculos anteriores penetrantia non tam pro vulneribus abſolutè lethalibus, quàm per accidens talibus habita fuerunt, ſive jam ex errore chirurgorum in Caſ. 20 ſive vitioſâ vulneratorum Diætâ, in caſ. 21. & 22. mortifera evaſerint, perinde eſt. Adeoq; hôc in locô non tantum ad vulnerum magnitudinem & profunditatem, ſed & partium vicinarum vaſorumq; læſionem, functionum animalium vitaliumq; interceptionem & ſimilia cum Sennerto reſpiciendum eſſe Celeberr. Bohnius in Renunc. Vuln. leth. ſect. 2. cap. 1. p. 225. obſervat.*

## §. XIV.

Antequam pectoris vulnera diſpiciamus, quid de interſtitiô capitis & pectoris, ſeu Collô, ejusque læſionibus ſentiendum, paucis erit notandum. Si collum, ſeu jugulum cum adjacentibus vaſis ſangviferis planè diſcindatur, ut in infanticidiis ſæpius videre eſt, vel cui pepo pro capite, lethale ſimpliciter id exclamabit; aſt ſi tantùm arteria aſpera inciſa fuerit, non ſtatim id lethale eſſe, laryngotomia docet, ſub lethali anginâ prudenter adminiſtrata; imò vulnera aſperæ arteriæ plurima curata exvariis autoribua Bohnius p. 278. proponit. Conf. *Paræus l. 9. c. 29.* Notabile exemplum Laryngotomiæ hìc Regiomonti ante biennium habuimus, ubi ancilla quædam alterius mulieris infantem aſtu ac blanditiis allectum enecare ac collum præſcindere, in arce & quidem loco ab hominum frequentiâ remoto tentavit, inciderat etiam aſperam arteriam in ſuperiore parte, ut præter vulnus ſatis magnum aër cum ſibilo erumperet, imò œſophagi aliqualis pars læſa eſſet: cum lac ſuctum ex vulnere interdum proſiliret, feliciter tamen Cura, cui ſæpius adſtiti, per Chirurgum Rackmannum, præſentibus & aliis peracta fuit, ac parvula ad hunc uſque diem ſanavivit, proprio exemplo inciſionem aſperæ arteriæ


non

non lethalem per ſe eſſe docens. Diſtinctione itaque opus eſt, ſi pars externa ſuperior extra thoracem in Trachæâ aſpera fuerit ſauciata, curabilis eſt, ſi pars inferior in pectore abſcondita plagam fuerit perpeſſa, omnis ars ac vis conſolidationis ceſſat. Par ferè ratio eſt in diſciſſione Gulæ ſeu Oeſophagi, ſi inferior pars læſa, quod absque læſione vaſorum aliarumque partium inſigni fieri nequit, nulla ſpes reconvaleſcentiæ; ſi ſuperior pars non transverſum, ſed ſuperficiarie ſauciata, ob carneas fibras coaleſcere ac curari poteſt. De poſteriori Colli parte, jam §. 8. mentem noſtram expoſuimus.

§. XV.

## II. *De Vulneribus Pectoris lethalibus.*

Quæſtio III. Quænam Pectoris Vulnera per ſe lethalia habentur?

Reſp. 1. Quodſi pectus tantoperè vulneretur, ut muſculis diciſſis, vel coſtis diffractis planè dehiſcat, & aër pectori incluſus quâ datâ portâ ruat, externus verò irruat, hic neceſſariò pulmones concidere faciet, hominemque reſpiratione & conſequenter vitâ privabit, ejusmodi hinc læſio meritò per ſe lethalis erit habenda; quamobrem plurium coſtarum fractiones, cum illæ nec reponi nec reſtauratæ debitè contineri queant, ſed modo dictum hiatum efficere poſſint, uti & muſculorum pectoris intercoſtalium inſignes percusſiones, aëris externi inſignem & violentam irruptionem permittentes, lethalitatis per ſe primi ac præcipui erunt Autores. *Confer. quæ celeb. Bohn. de Renunc. Vuln. à p 288. ad 296. doctè hâc de re diſſerit.*

§. XVI.

2. Vaſa pectoris ſangviſera inſigniora læſa, ut vena pulmonalis, arteria venoſa aliàs dicta, arteria pulmonalis, Vena arterioſa nuncupata, Vena ſubclavia, Vena ἄζυγος ſ. ſine pari, Mammaria, aut majores & inſigniores eorum vaſorum Rami diſſecti vel pertuſi, incompeſcibilem hæmorrhagiam, deſtructionem actionis organicæ pulmonum, adeò, ut ob continuum horum motum, ſangvis aëris loco regurgitet, vel vaſculis aëriferis illabatur, ſuffocationem & letha-

thalitatem ſimpliciter vel per ſe talem ſecum vehunt. Multò magis abſolutæ lethalitatis cauſæ evadent inſignes pertuſiones vaſorum ſangviferorum ex cordis auriculis prodeuntium, ut trunci aſcendentis vel deſcendentis arteriæ magnæ vel venæ cavæ læſiones, hæc enim omnium vaſorum tum maxima, tum Parentes eorum cenſentur, quæ iis ſangvine proſpiciunt, eumqve iterum recipiunt in alveum ſuum; horum igitur pertuſio impr. arteriæ magnæ, quæ pulſu ſuô continuô, continuam ſangvinis effuſionem efficit, hincque perutilis ſucci uſu hominem privat, vitam ejus cum morte mox permutabit.

## §. XVII.

3. *Cordis Vulnera*, ſi ſubſtantiam ejus inſigniùs læſerint, vel ventriculos penetraverint, vel Vaſa coronaria diſſecuerint, vel majora ex eo prodeuntia tetigerint, vitalium functionum officinam pervertunt, vitamque cum purpureâ corporis animâ effundunt, hinc nunquam non pro ſimpliciter lethalibus meritò ſunt cenſenda. Rectè hinc Ovidius l. 1. de Pont. eleg. 4.

Afferat ipſe licet ſacras Epidaurius herbas:
Sanabit nullâ vulnera cordis ope.

Cur tamen quidam poſt vulnera cordis non ſtatim moriantur, vid. rationes in Bohn. loc. cit. p. 303. ad 306. *Involucri Cordis* ſeu Capſulæ, Pericardii dictæ, vulnera *ab Aquapendente equidem Chirurg. l. 2. c. 21. p. 356.* pro lethalibus ac deſperatis habentur, cum in eô concurſus tendinum, à muſculoſis fibris, texturam cordis conſtituentibus ortorum, obſervetur, hinc ob magnam ſenſibilitatem convulſionem, imò mortem efficiant. Verùm enim verò, cùm teſte Cardanô, Beniveniô, Sennertô, Sebiziô ſæpius feliciſſimè curata fuerint pericardii vulnera, imò planè abſque ejus noxâ ablatum fuerit, imò paucis venis, arteriis, & nervis ſit præditum, pertuſiones ejus neutiquam per ſe lethales habentur *ſec. Caſum 6. ſect. 3. part. 2. pandect. Valent. p. m. 369.* Cauſas tamen vulnerum pericardii interdum lethalium, vel continuitatem ejus cum parte tendineâ Diaphragmatis, hincque reſpirationem turbatam; vel inflammationem ejus, vel aëris externi appulſum, cordi minus proportionatum *Bohn. l. c. p. 309.* enumerat.

§. XVIII.

4. *Spinæ dorſi fractura aut luxatio*, adeò ut Medulla ſpinalis, in vertebris thoracis contenta, prorſus comprimatur, hinc Spiritibus animalibus via intercipiatur, aut ſi latius vel per transverſum incidatur ſpinalis Medulla, imò ſi interdum ad ſummitatem ejus, Nucham verſus, ſaltem pungatur, lethalitatem cauſantur per ſe talem. *Celſus hinc lib. 5. c. 26. p. 283.* Spinalis Medullæ vulnera inſanabilibus accenſuit, & ex quibus homo ſervari nequit. Quæ tamen de ſupremâ ſpinalis Medullæ parte læſa erunt intelligenda, ut in cervicis ac vicinioribus vertebris, ubi præſertim nervi phrenici ex 5tô & 6tô pari nervorum inter quartam & quintam cervicis vertebram prodeuntes, Diaphragmati inſerviunt, vel ubi ſextum par ventriculo ejusque plexui implantatur, conſentientibus plurimis Medicorum *Galeno l. 4. de loc. affect. c. 3. Foreſto lib. 6. obſ. chirurg. c. 6. Sennert. lib. 5. prax. part. 4. c. 3. p. 864.* Inferiùs autem ſpinalis medulla ſi læſa fuerit, per ſe lethalis non exiſtit. *Vid. caſ. 9. p. m. 373. in Pandectis cit. Valent.* Benè tamen ruminanda erunt, quæ de Spinæ ad anteriora præſertim luxatione, item fracturâ ejus, rupturâ vaſorum ſangviferorum, & medullæ vulneribus ejusque puncturâ *pag. 255. ad 266. Bohnius loc. cit.* in medium affert.

§. XIX.

Quæſtio IV. Quænam Pectoris vulnera per ſe lethalia non cenſentur?

Reſp. Muſculorum Pectoralium, coſtæ unius vel alterius ac externorum integumentorum pectoris vulnera, imò pulmonum læſiones, illæſis vaſis ſangviferis pluribus, vel majoribus, aut tracheæ ramis inſignioribus; Plevræ, Mediaſtini, Pericardii, externæ partis ſuperficialis Cordis, læſiones pro non ſeu per accidens lethalibus habentur, cum curationes dictarum partium ſæpiſſimè obſerventur, & ad vitam ſimpliciter neceſſarium quid in iisdem non lædatur, & læſiones tales cum morte rariſſimè ſint conjunctæ; excipimus tamen modos læſionis, quos in præcedenti quæſtione jam attulimus, ex quibus lethalitas & harum arceſſenda veniet, illis autem abſentibus per accidens ſaltem lethalia earum vulnera habentur, quanquam cum ærumnoſâ ſæpius vitâ læſiones earum ſint conjunctæ, c. g. ubi à læ-

ſione

ſione plevræ, mediaſtini, pulmonum, inflammationes, reſpirationes difficiles, diuturnæ & ad mortem durantes tuſſes, phthiſis etiam oriuntur ac lentam tandem mortem pediſſequam habent.

§. XX.

## III. De Vulneribus lethalibus abdominis.

Quæſtio V. Quænam Abdominis Vulnera ſunt per ſe lethalia?

Reſp. *De ſingulis hìc ſeorſim.* Infimi Ventris Patella ſeu quod Abdomen & Thoracem per medium ventrem ſeparat, *Diaphragma eſt, ſeu ſeptum transverſum; Hujus Galenus in Hippocr. 6. aph. 18. & 5. Meth. Med. c. 9.* dicit: *Vulnera in carnoſis partibus ſubindè coaleſcere ſunt viſa, ejus motu non obſtante, quæ verò in nervoſis ejus hærent, inſanabilia ſunt*; alio tamen in locô idem Galenus Diaphragmatis etiam parte nervoſâ ſemper non eſſe lethalia aſſeverat: Verùm enim verò in & circa partem nervoſam Diaphragmatis unanimis Medicorum conſenſus vulnera per ſe lethalia enunciat, cum nervoſus ille circulus læſus inflammationem, dolorem exquiſitum, ſpasmum, convulſiones, ac funeſta ſymptomata concitet, quorum finis eſt ultima linea rerum. In & circa partem carnoſam autem Diaphragmatis vulnera multi pro periculoſis quidem, non autem ſimpliciter lethalibus habent. Quibus catenus conſentimus, quatenus læſio fuerit partis carnoſæ minor & exigua, indè *apud Diemerbræck, Anat l. 2. c. 3. p. 366. Glandorp Specul. Chirurg. obſ. 27. p. 145.* eandem curatam reperimus: aſt ſi magnum foramen in eo oboriatur, itidem ob inflammationem ejus ſubitaneam, irruptionem aëris in pectus, ſuffocationis periculum, per ſe lethalis exiſtit vulneratio, quanquam etiam non adeò citò mors obveniat, cum plerumq; in foramen aut hiatum factum vel ventriculus vel inteſtina ſe inſinuent, & ſuffocationem ac per conſequens mortem ipſam retardent, ſed remotis ac relapſis tandem illis, mors eſt præ foribus, qualis Domino à Görtz Generali Vigilum Præfecto in Obſidione Rheinfelſianâ ſec. Valentinum obtigit. *Confer. Sennert. Prax. l. 2. part. 2. c. 8, Blancard. Anat. pract. obſ. 1. Paræus lib. 9. c. 30. Bohn. p. 327.*

*p. 327. l. c. utriusque inquit Diaphragmatis ſubſtantiæ vulnera per ſe lethalia ſunt; quia nerveæ ſemper & neceſſariò, carneæ frequentius ſeu utplurimum talia obſervantur.* Externè interdum Hypochondria & imprimis *Regio Epigaſtrica ex improviſo percutitur,* ut Diaphragmatis concuſſio ac lethalis contuſio oriatur, ob inhibitum à vehementi concuſſione motum ejus, ac concitatum ſpaſmum compreſſivum, qui reſpirationem ac vitam ipſam intercipit; an tamen ex ejusmodi cauſâ illatam mortem pœna ordinaria inſequi debeat, dubitare fas erit, interim Aſtreæ Miniſtris id relinquendum.

## §. XXI.

*Hepatis, veſiculæ felleæ, & Lienis Vulnera profunda*, ob multa vel majora vaſa læſa, nunquam non per ſe lethalia reperiuntur, *Sennert. Prax. L. V. Part. IV. c. 3. p. 867.* quibus accerſenda ſunt Vulnera Venæ Cavæ ac Arteriæ Magnæ, aut Ramorum ejus majorum, venarum it. emulgentium aliarumqve, quarum trunci ac diſſecatæ partes manu comprehendi nequeunt, aut hæmorrhagia earum externis adſtringentibus compeſci, hinc effluente maximo vitalitatis Nectare, vitam ipſam mox effluere debere, in propatulo eſt. Quanquam enim lienem eximi poſſe illæſâ vitâ in curſoribus multi exiſtiment, attamen præter hoc quod dubitem, an in homine id fieri queat, maximâ cum præcautione & vaſorum ſangviferorum deligatione ſangvinisque artificioſâ inhibitione id fieri debet. Veritatem aſſertionis paragraphi hujus demonſtrant Reſponſa Facult. Lipſ. ap. *Amman. in Prax. Vuln. leth. decad 3. Hiſt 1. p 216. Hiſtor. 10. p 252. Decad. 5. hiſt. 4. p. 355. & ex eo Valentin. in Pandect. part. 2. p. m. 402. & ſeqv. Bohnius l. c. de Epatis vuln. leth. p. 364. & ſeq.* cur quidam ex Epatis plagâ evadant *ibid. p. 370.* de Lienis. *p. 379.* de folliculi fellis *p. 373.* de pori Epatici & cholodochi *p. 377. agit.*

## §. XXII.

*Circa ventriculi vulnera* contentionis adhuc ſerra reciprocatur, quænam ejus vulnera per ſe lethalia ſint dicenda nec ne? *Galenus, Marcellus, Donatus, Albucaſa lib 2. Meth Med. c. 203. Chriſt. à Veiga in Comment. Aph. Hipp. 18. l. 6. Fallopius lib. de Vuln. c. 12. Schenck l. 3. obſ. 122. Matthæus Cent. 6. quæſt. Med. 21. allegante eos Beckhero*

*in*

*in tr. de Cultriv. Pruſſ. quæſt. 8.* non lethalia enunciant, aſt *Hippocrates lib. 6. aph. 18. Celſus l. 5. c. 26. p. 283. Foreſt. l. 6. obſ. Chirurg. 5. p. 11. Valeriola l. 3. Enarr. Med. p. 442. Tagault. lib. 1. Inſt. Chir. 3.* utique lethalia putant. Sæpius laudatus Valentin. libr. cit. *p. 382.* Ventriculi vulnera inquit ob inſequentes vomitus & convulſiones nunquam non lethalia obſervantur, imprimis ſclopetario ictu inflicta *in caſ. 9. p. m. 411.* aliaque profundiora, ut è caſ. X. p. 413. in utramque partem fusè ventilato haurire licet. Sed diſtinctione hîc opus erit, in ſuperiori enim parte ventriculi, ubi plexus nervoſus eſt, & circa orificia ut & in jugo inflicta vulnera ſymptomata peſſima ac lethalitatem neceſſariam ſecum vehent. Fundo ejus illata læſio enormior itidem, cum cibi indigeſti in cavum abdominis prolabantur, per ſe lethalis evadet; Aſt ſi ad latera ventriculus fuerit læſus, dummodò non nimis enormiter, curari interdum poterit, & ſimpliciter lethalis enunciari nequit. Hoc igitur in paſſu cœteræ circumſtantiæ probè penſitandæ erunt, quodſi tamen nec ſauciatus, nec Chirurgus erroris in hoc genere læſionis ventriculi convinci poteſt, utique & lateralia vulnera ventriculi ut utplurimum, hinc per ſe lethalia æſtimanda, dum deligari aut balſamica illis applicari nequeant, cibum etiam transmittant, & gravia ſymptomata, vomitus, convulſiones excitent; quod autem ejusmodi ventriculi vulnera interdum ſint curata, ſex rationes præſtantes affert *Bohnius l. c. p. 343.* hinc ab raro vel interdum vel ſingulari naturæ beneficio curatis ad univerſale non valet conſequentia, atque ſic omnes ventriculi læſiones erunt per ſe lethales, niſi ſingularis circumſtantia inhibuerit.

## §. XXIII.

*Tenuium inteſtinorum* ad unum omnium lethales habentur pertuſiones 1. cum chyloſæ partes in nutrimentum corporis non diſtribui poſſint, ſed in cavitatem abdominis, locum planè incongruum defluant ibique putreſcant. 2. Ob præſentiam plurium vaſorum, ſangvineorum, lacteorum, nerveorum, ob quorum facile corruptionem, inflammationem, gangrænam & ſphacelum incurrunt. 3. Ob fibrarum carnearum circularium criſpaturam, magnus in labiis vulnerum oritur hiatus. 4. Ob ſitum ac profunditatem inteſtinorum

rum tenuium, undè ligari aut conſui non poſſunt; *De craſſis inteſtinis læſis* dubitant plurimi, an per ſe lethales eorum læſiones ſint habendæ, cum ob carneas fibras craſſiores facilè coire poſſint, nec tam profundè ſint ſitæ, imò ſæpius eorum curationes feliciſſimè ſint peractæ, *hinc & Celſus l 5. c. 26.* craſſum conſui ac ſanari poſſe, hinc non lethale judicat, imò Facult. Medica Lipſ. *referente Zittm. Medic. Forenſ. cent. 1. caſ. 4.* reſpondit de vulneribus craſſorum inteſtinorum: **Demnach in beſchehener Verwundung uns nicht mehr benennet wird / als der durch und durch geſtochene Maſtdarm / ſo bezeugen nicht allein alte und neue beyderſeits berühmte** Scribenten **der Artzeney nebenſt der Erfahrung / ſondern auch die Vernunfft ſelbſten /** quod in genere craſſorum inteſtinorum vulnera minùs periculoſa ſint (præcipuè ſi non adeò magna) & ſæpe feliciter quoque curata fuerint, **wie dergleichen** Obſervationes Schenckius, Foreſtus, Hildanus, **und andere glaubwürdige** Autores **mehr häuffig** colligi**ret haben. So nun** Inteſtinum Colon, **oder der groſſe Darm keine** Lethalität **ſo ſchlechterdings mit ſich bringet / wie viel weniger wird das** Inteſtinum rectum, quod inteſtinorum craſſorum omnium eſt craſſiſſimum & maximè carnoſum, **oder deſſen** Vulnera **ſolches verurſachen / und hindert auch nicht / daß der Unflath in hohlen Leib gegangen / alldieweil derſelbe** per debita ſubſidia **hätte** evacui**ret / und alſo die Wunde geheylet werden mögen.** Attamen & craſſorum inteſtinorum vulnerationes ſi validæ ac inſignes fuerint ob motum eorum continuum periſtalticum, ob ſenſibilitatem, dolorem ac hæmorrhagiam, imprimis curandi adynamiam, fecum quoque elapſarum corruptionem ac putrefactionem æque lethales ſunt dijudicandæ adſtipulante clar. *Bohnio l. c. p. 351.* rationes etiam cur è contrariò quædam inteſtinorum plagæ ſalutares & non lethales *vid. ibid. p. 353. 355. Vulnera autem mediante globulo majori plumbeô aut plurimis granulis plumbeis è ſclopeto ſeu bombardulâ emiſſis* periculoſiora & eò citius lethalia erunt dijudicanda, non quidem ob aduſtionem imaginariam, ſed ob impetum exploſionis contentorum & dilacerationem partium læſarum. Aliquando nobis obtigit inſpectio pueri, qui obturamentô chartaceô duriſſimô è ſclopeto minori emiſſo **mit einer Propff aus der Piſtohl** interfectus erat, cujus vulnus inteſtinum Colon afficiens ſimpliciter lethale enunciavimus. De vulnere

nere inteſtinali globulo facto periculoſo feliciter curato. vid. M. A. N. C. Decur. 2. anni 1. obſervat. XX. p. m. 45. De lethalitate abſoluta tenuium inteſtinorum *vid. caſ. 14. 15. 16. & 17. part. 2. ſect. 4. Pandect. Valent.* De illethalitate autem craſſorum *caſ. 11. 12. & 13. ibidem.*

§. XXIV.

*De Renibus Celſus lib. 5. c. 26. dicit*, illum ſervari non poſſe, cui Renes vulnerati ſunt, ſcil. ſi profundum ac latum fuerit vulnus in ſubſtantiâ carnoſâ ad pelvim penetrans, vel vaſa emulgentia pertuſa, vel ipſi Ureteres diſciſſi fuerint. Nam vel ſangvinis profluvium nimium, vel ſerum urinoſum ad cavum abdominis rejectum, vel alia funeſta ſymptomata, ut Iſchuria, inflammatio &c. vel conditio loci affecti commodam remediorum applicationem denegans cauſas lethalitati tribuunt. *Vid. Bohn. p. 384.* Aſt ſuperficialis in parte carnoſâ renum læſio non lethalis habetur.

§. XXV.

*Veſicæ urinariæ vulnus* in parte membranoſâ ſeu fundo per ſe lethale, in carnoſâ & collô minus tale cenſetur jx. *caſ. 18. part 2. ſect. 4. p. 458. Pand. Valent.* Cùm enim fundus Veſicæ ſit membranaceus ac nerveus, non coaleſcit, ſed inflammationem ac dolorem inſignem gignit, de fundo itaque lethalitas veſicæ jx. Hippocr. Galenum, Celſum imò Ariſtotelem eſt intelligenda, quorum ultimus 3. hiſt. anial. c. 15. *nec veſica pertuſa coire poteſt, niſi ad ipſum exordium ſuæ cervicis. Neque ſuturâ aut vinculis conſtringi poteſt, ſed defluit ad abdomen urina.* Collum autem carneum promptius conſolidatur, dummodò non valdè ſit contuſum ac laceratum.

§. XXVI.

Uteri læſiones, cum absque vaſorum ſangviferorum læſione inſigni contingere nequeant, præſertim cum ille fœtum geſtat, imò plerumque convulſiones ac tetra ſymptomata ſuperveniant eisdem, lethales per ſe meritò judicantur, licet vulgo

uterus non ſimpliciter ad vitam, ſed ad propagationem & conſervationem ſobolis ſaltem neceſſarius ſit, ex ejus enim percuſſione, & matri & proli ſubtrahitur admodum eisdem neceſſarium Nectar vitale, imò ſi Uterus etiam extra vaſorum majorum dilacerationes ictum experitur, ille *jx. Bohn. p. 395.* & Matri pariter & proli lethiferus, ex rationibus ibidem additis, exiſtit.

§. XXVII.

Quæſtio VI. Quænam abdominis vulnera non per ſe lethalia cenſentur?

Reſp. Omnes minores, ſuperficiariæ, & minus penetrantes, nec multa aut majora vaſa ſangviſera afficientes læſiones partium in abdomine contentarum illethales pronunciantur; Sic partis carnoſæ Diaphragmatis minor & exigua percuſſio, it. hepatis & lienis ſuperficiaria ac minor læſio, *Senn. Prax. L. V. P. IV. cap. 3. p. 867.* vaſis majoribus vel plurimis illæſis, ventriculi partis mediæ parva pertuſio, craſſorum item inteſtinorum, partis carnoſæ renuum ac colli veſicæ urinariæ non magna diſciſſio, cum muſculoſæ illæ partes facilè iterum conſolidari queant; Pancreatis demum & Meſenterii vulnera, niſi vaſa ſangviſera vel chyliſera aut plexus nervoſi in Meſenterio, hæmorrhagiam enormem, convulſionesque, mortemqve neceſſariô inferant; Omenti itidem diſciſſio, cujus ex abdomine propenſio ac refrigeratio ſine periculo abſciſſionem ſvadet, pro non per ſe lethalibus vulnerationibus meritò cenſentur, quibus & externarum Abdominis partium læſiones, illæſis vaſibus ac viſceribus intus contentis, jure meritô annumerare licet.

## IV. *De Vulneribus reliquarum corporis Partium?*

§. XXVIII.

Quæſtio VII. Ecquicd tandem de Artuum, Vaſorum it. Nervorum ac Tendinum læſionibus ſentiendum?

Reſp.

Reſp. Detruncatio artuum ex. gr. Brachii aut Cruris, cum in ſphacelo ſæpè fieri opus ſit, ac feliciter peragatur, imò & in bellô ſæpius eveniat, ſi forti & violento modo ad adverſario quopiam contingat, non per ſe lethalis eſt cenſenda; aſt ſi mori inde læſum obveniat, & nullâ arte compeſcibilis hæmorrhagia in cauſâ fuerit, utique per ſe lethalis cenſenda, ſed ſi tempeſtivæ curationis omiſſioni mors aſſcribenda venit, per accidens lethalis facta erit læſio. Sic & vulnera externè artubus cæſim aut punctim inflicta, ſi hæmorrhagiæ eorum obviam ire licet ligaturis, ſtipticis aliisque, per ſe lethalia non habentur, ut in vulneribus cubitorum, femorum, ſurarum & Tibiarum Facultates Medicæ *ſec. Caſ. 3. 4. 5. 6. & 10. part. 2.* ***Pand. Valent.*** pronunciarunt. Altam autem Femoris vulnerationem cum læſione majorum ramorum venarum ac arteriarum, ob inſignem mox hæmorrhagiam ſimpliciter lethalem factam caſ 7. & 8. ibid. l. c. comprobat. Genuum tamen vulnera etiam minora ab concurſum tendinum, præſertim ſi exploſione ſclopeti infligatur, ex facile accidenti ſphacelo per ſe eſſe lethalia Lipſienſes caſ. 9. libr. cit. deciderunt. Contuſiones autem, Plagæ, Flagellationes mediante ſcuticâ, aliæque externæ non adeò graves percuſſiones, vel pluribus membris illatæ, pro ſimpliciter lethalibus non habentur, cenſente hoc & Pandect. cit. l. caſ. 2. unde & Delinquentes ſeu Percuſſores, ſi forte fortunâ mortuus fuerit percuſſus, non ordinariâ ſed mitiori ſolent affligi pœnâ ſec. L. 1. §. Divus Hadrianus ff. ad leg. Cornel de Sicar. cum animus occidendi non præſumatur in eis. Si autem flagellatio cum validô inſtrumento â robuſtô teneriori perſonæ contigerit, hæcq; inde mortua fuerit, per ſe lethales erunt iſtæ plagæ, affirmante hoc Reſponſo Facult. Giſſenæ Anno 1698. d. 2. Decembr. ***vid. Valent. cit. l. p. m. 655. ad 660.***

## §. XXIX.

De lethalibus vaſorum læſionibus jam ſuperius ſæpius mentionem injecimus, hîc brevibus repetimus; eorum lethalitas à magnitudine vaſis læſi vel ſitu ejus incongruô applican-

di remedium, vel effuſione plurimâ nectaris vitalis dependet, *hinc ſi venarum ſangviferarum maximæ ut Vena Cava aut Arteria magna, vel Rami earum Majores* it. Axillares, Carotides, Cervicales jugularis interna, Vertebrales, Pulmonales, Vaſa brevia, Gaſtricæ, Meſentericæ, Portæ, Splenicæ, Emulgentes, ſpermaticæ, Iliacæ, Crurales vulneratæ fuerint, ità ut vel hæmorrhagia inde inſignis, vel incompeſcibilis, ob aditum præcluſum & ſituationem abſconditam exorta fuerit, læſiones ejusmodi pro lethalibus per ſe meritò habentur. Exempla *vid. in Valent. Pand. part. 2. ſect. 6. p. m. 519. ad 544.* De jugularibus externis mitiùs judicandum cenſet. *Bohn. l. c. p. 272. Vaſorum lymphaticorum* læſiones, ſi unus aut alter eorum ramus lædatur, non ſtatim lethalitatem important, cum exin nutritio quidem, non ſtatim vita periclitetur, quodſi tamen truncus inter aortam & cavam aſcendens, aut plurimi ramuli circa portæ ſub hepate confinium fuerint læſi, eas utique lethales probat *Bohnius l. c. p. m. 398. quod & cenet p. 321.* de ductu Thoracico, ejusque lethalitate.

## §. XXX.

*De Nervorum* diſciſſionibus lethalibus parum aut nihil equidem apud Autores reperimus, clariſſ. tamen Bohnius l. c. *p. 160.* plura nervorum vulnera, imprimis Paris Octavi, Phrenici, plexuum majorum in abdomine &c. rectè inter per ſe lethalia numerat, coalitionem enim eorum nemo perficere aut reſtitutionem procurare, multo minus ſuturâ eisdem opitulari aut indè provenientia peſſima ſymptomata tollere poteſt; *Conf. Bohn. p. 265. 266.* Cum tamen vix fieri poſſit, quin ſub nervorum adeò profundâ læſione & aliæ majores partes inſigniter & ad lethalitatem læſæ fuerint, hinc cum vulneratio ipſorum nervorum adeò accuratè ob teneritudinem & tenuitatem eorum inquiri ac diſquiri nequeat, lethalitas autem ex aliis partibus ſauciatis ſatis appareat, hinc de his adeò raro mentio fit ab Anatomico inſpiciente. Quod tamen Nervi inciſi vel præciſi inſignes dolores concitent, & gravia inferant ſymptomata, ſcil. convul-

vulſiones ac ſpaſmos, vel ex puncturâ nervi, imprudentis Chirurgi manu factâ, ſub phlebotomiâ ſatis ſuperque apparet ; Vid. Novellas Clar. Valentini p. 654. 657. hic monendum, quod aliquando nervus planè diſciſſus pro inciſo vel puncto præſtet, hic enim intolerabilem dolorem, ille verò nullum ferè, interdum ſecum vehit, quod imprimis *Paræus lib. 9. c. 37. p. 323.* obſervavit

§. XXXI.

*De Tendinibus*, cum nervoſis fibris maximè conſtent, idem judicium ut de Nervis erit formandum. Hinc Contuſionem Tendinum ſuprà Genu, quæ tamen plumbeis granulis è ſclopeto ejectis facta erat, Facult. Med. Lipſ. anno 1617. d. 1. Aug. lethalem pronunciat, ſimulque affirmat daß die Experientz weiſe / daß offt durch eine geringe Wunde über dem Knie propter concurſum tendinum plötzlicher Todt erfolge referente *Amman. Medic. Critic. Caſ. 8. p. m. 60.* Adducitur ibidem *Bauhinus etiam in Theatr. Anat.* de Muſcul. Tibiædicens : Læſo tendine ſuprà genu mors communiter ſequitur, quanquam hæc in ipſo Bauhino invenire nequiverimus. *Paræus l. 9. c. 17.* Contuſionem Nervorum aut tendinum gangrænam & ſpacelum, à quo ſæpè mors, inferre dicit, præſertim propter Aponeuroſes & tendines membraneas, articulorum vulnera utplurimùm, lethalia enunciat cap. 39. lib. 9. p. m. 325.

# TANTUM.

Sign. Z ad §. 9. p. 76.

## Wol-Edle/ Wolbenahmte und Wolweiſe/ inſonders Hochgeehrte Herren!

Als dieſelbe zwey Atteſtata derer eines Hr. D. Emmerich, das andere Chirurgus N.N. verfertiget uns zugeſandt / danebſt in ihrem an uns gerichteten Schreiben zu wiſſen begehret: Ob der im vorigen Jahre/ den 20. Decembr. bey gehabten Händeln mit einigen Brettſchneidern umbs Leben gekommene Schuſter-Geſell/ Niclas Buchholtz/ nach Bewandtniß der erlittenen Schläge/ habe können curiret werden oder nicht? So berichten wir darauf; daß wir ſolche Frage Collegialiter, und mit Fleiß überleget/ und da wir aus denen uns zugeſchickten Atteſtatis erſehen/ daß bey dem Verwundeten (1.) unterſchiedene offenbahre Fiſſuren und aliqualis depreſſio in Cranio bemercket worden/ ſo daß eine Fiſſur ins os bregmatis, ſuturam coronalem querdurch/ wiewol nicht über die ſuturam coronalem, durchgegangen / zwey das os frontis lædiret und nach der ſutura coronali gegangen / und eine nach unten das os temporum beſchädigt gehabt; (2) Einige Löffel voll geronnenes Blutes ſo wol über als unter dem Cranio ſich gehäuffet gehabt / welches die duram matrem in jetzo beſchriebener Gegend des lædirten Cranii bedecket / und des cerebrum (3) ſehr mercklich deprimiret gehabt/ von welchem auch meiſt ein Löffel voll inwendig in der Cavität des oſſis temporum und ſphenoïdis gelegen (4) ein ſchwartzes Blutrünſtiges ſtigma auf der lincken Seiten/ oben auf der durâ ma-

tre,

tre, welches auch der cineritiæ parti cerebri communiciret geweſen/ angetroffen worden. (5) Eine kleine Spitze des oſſis ſphenoïdis, vom oſſe frontis (allwo ſie per ſuturam combiniret werden) ſich loß gegeben gehabt. (6) Der Geſchlagene bald nach empfangenen Schlägen/ zu zweymahlen ſich gebrochen / folgenden Tages auch etwa 24 Stunden nach empfangenen Schlägen/ hefftig mit der Bruſt zu arbeiten und zu roecheln angefangen/ aphonos und epilepticus geworden / und in ſtertore biß an ſeinen Todt verblieben/ welcher 30. Stunden nach empfangenen Schlägen darauf erfolget: So können wir zwar nicht in Abrede ſeyn/ daß durch dieſe erlittene Schläge ſelbiger Schuſter-Geſell ſehr ſchwer und höchſt gefährlich lædiret worden / jedennoch aber das allhier lethalitas abſoluta, per ſe, & ſimpliciter talis, oder eine Verletzung/die keine Cur zuläſſet/ und gantz incurabel zu halten/ geweſen/ können wir ſo ſchlecht hin auch nicht bejahen; angemercket Cranii fiſſuræ, fragmenta, fracturæ, feſtucæ, oder Splitter mit trepanis, forcipibus und andern Inſtrumentis Chirurgicis, füglich heraus genommen / die depreſſiones Cranii mit Elevatoriis und vectibus wieder aufgehoben/ und das geronnene Blut über und unter dem Cranio, und auf denen meningibus durch fomenta, inciſionem, venæ ſectionem, Trepana &c. gar wol herauſſer gebracht werden kan/ deswegen weitläufftig hiervon zu berichten/ gantz unnöhtig zu ſein erachtet wird; Gleiche Bewandnüß hat es auch mit dem in ventriculis cerebri gefundenen Liquore, und dem in dem Ohrgeronnenen Blut/ wenn ſoches/ der Chirurgus anführen wolte; Denn jener Liquor wol in ſtatu naturali

ſein kan/ und in dem geſtorbenen Schuſter-Geſellen/ ex temperamento bilioſô ſich kan gefunden haben; Dieſes Blut aber in dem Ohr/ allen Anzeigungen nach/ nur euſſerlich aus denen über der Calvariâ verletzten vaſis herabgefloſſen; Die vornehmſte Conſideration würde das meiſt einen Löffel voll/ inwendig in der Cavität des oſſis temporum & ſphenoïdis gefundene Blut erforderen: Allein auch dieſes kan keine Lethalitæt probiren/deñ ſolches durch eine verſtändige Cur wol hätte herauſſer gebracht werden können/ und iſt niemanden unter uns unwiſſend/ wie in ſtatu præternaturali & morboſô, die Natur wieder alles Vermuhten und Wiſſen offtmahls gantz neue und unbekandte Wege machet/ durch welche ſie die corruptam und præternaturalem materiam heraus führet/ und ſich von ſelbiger befreyet. So geſtalten Sachen nach/ ſein die erlittene Schläge/ bey dieſem geſtorbenen Schuſter-Geſellen wol nicht pro abſolutè & ſimpliciter lethalibus zu halten/ dergeſtalt/ daß er nicht hätte können curiret werden. Zu dieſem kom̃t herzu/ daß keines von denen innerlichen Theilen bey dem Verſtorbenen vitiös oder ſchadhafft befunden worden/ dahero augenſcheinlich zu bemercken/ daß dieſer Menſch gutter geſunder Conſtitution geweſen ſein muß/ welches zur glücklichen Cur gar viel geholffen hätte/ wenn ſolche tempeſtivè mit gutem Verſtande wäre angeſtellet worden. Da aber ſelbige fort von Anfang von dem Patienten ſelbſt recuſiret/ und alſo verſäumet worden/ der Patient auch ohne einige Hülffs-Mittel/ ohn verbunden/ und zwar in einer kalten Kammer biß auf den andern Tag gelegen/ da bekant/ wie die Kälte allen/

und inſonderheit denen Hauptes Wunden höchſt ſchädlich ſey/ iſt offenbahr/ daß die Verwarloſung und das übele Tractament, groſſen theils zum Tode dieſes geſchlagenen Menſchen geholffen / und Urſach gegeben habe. Es möchte noch die Kürtze der Zeit/ welche dieſer Schuſter-Geſell nach erlittenen Schlägen / gelebet/ einige Gedancken / von der unumbgänglichen Lethalität erregen. Aber hiebey iſt zu wiſſen / daß gantze Facultäten in dergleichen caſibus decidiret / wie keine lethalitas abſoluta hieraus zu adſtruiren ſey. Wie ſolches aus unterſchiedenen Caſibus , ſo mit dieſem Caſu ſehr genau übereinſtimmen/ unter andern aus des Valentini Pandectis Medico-Legalibus Part. 2. pag. 157. & ſeqq. zur Gnüge zu erſehen iſt; Möchte alſo Chirurgus N. zu weit ſein gegangen / indem er wieder des Herrn D. Emmerichs/ als eines erfahrnen glaubwürdigen Medici, und Profeſſoris gegebenen Obduction-Zettel / ſo zugleich von einem alten Chirurgo unterſchrieben/ und von adſtante Medico & Profeſſore bekräfftiget geweſen/ ein wiedriges Atteſtatum zu extradiren / und über der Lethalität zu raiſoniren / ſich unterſtanden / welches ihme doch/ wenn ein Medicus zur Obduction beruffen / keinesweges zukommt : Man mag es ſeiner Ubereilung beymeſſen / welche auch ohne Zweiffel verurſachet / daß ſeine ausgegebene Atteſtata ſehr ſchlechte Erfahrung in Anatomicis darthun / und daß die zwey Atteſtata ( eines vom 7. das andere vom 27. Januarii ) gar nicht übereinſtimmen / indem in dem Letzteren unterſchiedenes vom vorigen ausgelaſſen / auch in unterſchiedenem contrair iſt/ und widerſpricht ; in dem Letztern auch ſind unterſchiedene Sätze / welche in der anatomiſchen Wiſſenſchafft nicht toleriret werden können.

Müſſen demnach theils aus unſer eigenen Erfahrung/ noch mehr/aus glaubwürdigen Hiſtorien/als auch aus Erfahrung der berühmteſten Medicorum und Chirurgorum, wie auch aus gründlicher Wiſſenſchafft der Anatomie, welche wir nicht oben hin aus übel vertirten Lateinſchen oder Frantzöſchen Büchern/ ſondern aus häuffigen Sectionibus und Examinibus deſſen/ was von andern geſchrieben/ erlernet/ und in originali aus denen Autoribus angemercket/ bekräfftigen/ daß dieſer Schuſter-Geſell Niclas Buchholtz/nach Bewandnüß der erlittenen Schlägen/ hätte können curiret werden.

Dieſes iſt/ was wir unſeren HochgeEhrten Herren auff dero Geſuch und vorgelegte Frage/ wol gegründet zur Antwort ertheilen wollen. Verbleiben dieſelbe Göttlicher Obhut treulich befehlend.

Unſer ꝛc.

Königsberg den 20. Febr. 1706.

Dienſtwillige
DECANUS, SENIOR, PROFESSORES und DOCTORES der Medicinſchen Facultät Königsberg.

(*ab extra*)

Denen WolEdlen/ Wolbenahmten und Wolweiſen Herren/ Herren Richtern und Schöppen/ der Königl. Stadt Löbenicht ꝛc.

Unſern inſonders ꝛc.

(*L. S.*)

Königsberg, Diss., 1714/19

ULB Halle 3
001 856 294

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-432705-p0031-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-432705-p0032-0

Sub Auſpiciis ſummi Numinis

*DISSERTATIONUM MEDICARUM*

DE

# CONNUBIO ASTRÆÆ CUM APOLLINE,

CIRCA MEDICINAM FORENSEM

*TERTIA.*

DE

# VULNERIBUS LETHALIBUS, IN SPECIE, Von Tödtlichen Wunden.

*Quam*

*AMPLISSIMÆ FACULTATIS MEDICÆ CONSENSU,*

IN ACADEMIA PATRIA

Publico Eruditorum Examini ſubmittunt

*PRÆSES*


**GEORGIUS EMMERICH,**

Med. Doct. & Prof. Ord. Sec. Pro-Conſul. it. Lœbnic.

*ac RESPONDENS*

CHRISTIANUS LUDOVICUS CHARISIUS,

Reg. Boruſſ. Medic. Studioſus.


IN AUDITORIO MAXIMO,

*Die Auguſt. Anni MDCCXV.*


*REGIOMONTI,* Typis REUSNERIANIS.



8

1715, 2